00172

De S. Adalberto Pragensi Episcopo et Martyre.

Ottoni III Imperatori perquam familiari, Prussorum, Boëmorum, Polonorum, et Hungarorum Apostolo, Auctor æquævus. Nunc primum in lucem editus ex membranis m. s. Monasterij Windbergensis in Bavaria in finibus Boëmiæ.

Martyrologium Rom: 23 April.

In Prussia natalis S. Adalberti Pragensis Episcopi et Martyris, qui Polonis et Hungaris Evangelium prædicavit.

Ad quæ Baronius notat.

De eodem hac die agitur apud Bedam et Adonem. Habet eius res gestas Sur: tom: 2. Alias ab his diversas legimus in eod: m: s: Monasterij S. Cæciliæ Transtiber quarum est Exordium: Est locus &c. (: Et sunt hæc ipsa acta quæ hic damus:) Plura de eodem in breviario Polonico. in epistola Petri Damiani de renunciando Episcop: De eodem in actis S. Stephani Regis Hungariæ Sigebert: in Chron: vet: Polon: et novissimè mart: Chrom: de reb: Polon: lib. 3. qui eum martyrio occubuisse refert an: Dni 997. Dies translationis eius agitur tertio decimo Kal. Novemb. cujus etiam rei gestæ historiam sub Othone Imperat. legi in vet: m: s: ubi agitur etiam de translatione sanctorum Abundij, et Abundantij. Hæc Baron:

Fit mentio S. Adalberti in disputatione cum Korytana coram Dirzikone rege Boëmiæ quam 3. antiq: lect. edidimus fol: 475.